coniuncta termino communis restringit ipsum sicut suum adiectivum
ut cum dicitur. homo qui est albus currit. iste terminus homo re
stringitur ad albos per hanc implicacionem qui est. Item de
eadem restrictione talis datur regula. Quotiescumque signum
vniuersale et implicatio ponuntur in eadem locutione. duplex est
ordo. ex eo quod signum potest procedere implicacionem. et sic distribu
it terminum secundum pro quolibet suo supposito. cum dicitur. omnis homo
qui est albus currit. quod est albus. Item implicatio potest per se advenire et
restringere terminum secundum et tunc signum postea adveniens non di
stribuit ipsum nisi pro his ad que restringitur: ut omnis homo
qui est albus currit. et tunc equaliter huic omni homo albus cur
rit. Sequitur de restricto facta per verbum de qua tres van
tur regule. Prima est terminus secundum supponens vel apponens
verbo primitus tempore simpliciter sumpto non habens vim ampli
andi neque ex senecte ex alio restringitur ad supponendum pro

his que sunt sub forma termini communis supponentis. Dico autem termini communis, quod terminus discretus neque restringitur neque ampliatur. Dico autem verbo presentis temporis ad remouendum verba aliorum temporum. quod terminus communis a liam habet supponem cum eis. Dico autem simpli sumpto ad remouendum verba sumpta cum particulio diminuentibus: ut est opiable et inopiable. Dico autem non habentibus vim ampliandi ad remouendum verba ampliatio: ut potest. Dico autem neque ex se neque ex alio ad remouendum verba habentia vim ampliandi ex alio: utputa ex coniuncto sic ut hoc verbum est. cum dicitur est potens. Dico autem sub forma termini supponentis. quod homo supponit pro his quae sunt sub humilitate. et animalia que sunt sub animalitate: ut cum dicitur homo est animal. ¶ Secunda regula. Terminus communis supponens vel apponens verbo de preterito simpli sumpto non habenti vim ampliacione ex se nec ex alio restringitur ad supponendum pro his quae sunt vel que fuerunt sub forma termini supponentis: ut cum dicitur homo fuit animal. iste terminus homo supponit pro hominibus quae sunt vel fuerunt homines. et animal pro his que sunt vel fuerunt animalia. ¶ Tercia regula. Dis terminus communis supponens vel apponens verbo de futuro. etiam supponit pro his que sunt vel erunt sub forma termini supponentis. scilicet per eis que sunt vel erunt in futuro: ut homo erit animal. Ex predictis patet quod verbus restrixit quo ad significatiōem que est tempus et non quo ad significatiōem principalem. ¶ Circa predicta queritur de sophismate. Omne animal fuit in archa noe. Probatur. Homo fuit in archa noe. equus fuit in archa noe. et ceteris. ergo omnis animal fuit in archa noe. Contra. Omne animal fuit in archa noe sed cesar fuit animal. ergo cesar fuit in archa noe. quod est falsum ergo aliqua premissarum est falsa. non minor ergo maior. quod autem prima sit falsa. patet per quandam regulam quedicit. quod terminus communis supponens vel apponens verbo de pretorio simpli sumpto restrixit pro his que sunt vel fuerunt sub forma termini supponentis. ¶ Item est alia regula quod si sive universale adueiat termino restrictio distribuit ipsum pro omnibus his ad quem restringebatur. Ergo cum dicitur omne animal fuit in archa noe. iste terminus animal supponit pro omni animali quod fuit in archa noe. et pro his que non fuerunt in archa

noe ergo prima est falsa. Item ad idem in hac propositione
Omne animal quod tunc fuit in archa noe. iste terminus animal
magis restringitur, & in illa ordine. omne animal fuit in archa noe
Sed iste terminus animal restringitur ad illa que tunc in illo esse
pore fuerunt in archa propter implicatorem ibi positam. ergo
solum illa que fuerunt in illo tempore fuerunt in archa noe. &
non plura. Oportet ergo quod hec sit falsa. omne animal fuit in ar-
cha noe. cum in eo plura animalia supponuntur. Solutio. quod dicunt quod hec omne animal fuit in archa noe est duplex. eo quod possit fieri distributio pro singulis generum vel pro generibus singulorum. Primo modo est falsa. secundo modo est vera. nam quando sit distributio pro singulis individuis que sub eodem genere & sub eadem specie continentur. tunc oportet quod omnia individua contenta sub animali fuisse in archa noe. quod est falsum. Sed cum sit distributio pro generibus singulorum tunc solum est distributio pro generibus vel pro species. sed non fuit aliqua species animalis que non fuit in archa noe. & illo modo est vera. Sed huic solutioni non accresco. quod species animalis non fuit per se in archa noe. sed tantum individuum. Unde pro illo tempore non habuit veritatem nisi pro singulis generum. id est pro individuis & non pro generibus singulorum unde dico quod positione est falsa. & concedo omnes rationes adductas ad hoc. Et probatio peccat si in consequens ab insufficienti inductione. quod non accipit omnes partes distributionis que sunt sub subjecto iustius propositionis. omne animal fuit in archa noe. ¶ Solet etiam queri utrum simul restrigantur termini in propone affirmativa et negativa. Dicunt aliqui quod non: quod esse restringit ad existentes. & non esse ad non existentes. ergo non pro eodem sit restrictio in affirmativa & negativa. Item vide quod omnis negativa in qua esse negatur simpliciter falsa. si simili restrigantur termini in propositione negativa & affirmativa. quod in hac propositione rosa est. Iste terminus rosa restringit ad existentes. & si in hac rosa non est. similiter restringatur ad existentes. tunc est sensus. quod rosa que non est. est. & hec est falsa. ergo & hec rosa non est. Et sic quelibet negativa in qua esse negatur est sensus. quod in hac propositione nulla homo est ad non existentes. ergo

5 / h v

vtracq; est vera. quia de existentibus vere predicatur esse. et de non existentibus vere remouet esse. ergo contradictione sunt si mul vere quod est impossibile. ergo et illud. ex quo sequitur scz q; nō silt restringantur termini in affirmativa et negativa Item regula est. q; omne verbum simpliter sumptum non habens vim ampliandi nec a se nec ab alio restrigit terminum supponetem quo ad significandum que est tempus. et non quo ad significandum. ergo tempus est causa restrictiois illius Sed idem tempus est in affirmativa et negativa sibi opposita: vt rosa est. nulla rosa est. ergo eadem est causa restrictiois in vtracq; et ergo pro eodem sit restrictio in vtracq;. Et hec argumenta cōcedimus. Ad hoc q; p̄mo obijcitur est dōm q; esse non restringit ad existentes. et non esse non restringit ad non existentes. Sicut nec hoc verbum curro ad currentes. q; nullum verbum restringit terminum sibi supponentem quo ad significationem sed quo ad significandum que est tempus. Unde non restringit ad supposita existentia sed presentia. Supposita enim presentia possunt esse in aliqbus terminis tam existentia q; non existentia: vt cum dico. enunciabile est. enunciabile suppositum tam pro existentibus q; pro non existentibus. Quidam enim enunciabilia q; sunt falsa in presenti sunt presentia sed non existentia. q; nullum falsum existit sed sic esse non restringit ad existentia sed ad presentia. cum idem tempus sit vtrobiq; quod est causa restrictiois. Ad aliam dicendum q; duplex est forma termini communis. quedam est que saluat in rebus existentibus tantum: vt humanitas que est forma hominis. alia est que est forma animalis. et in aliis oīa supposita presentia sunt existentia. Alia est forma termini communis que saluat tam in rebus existentibus q; non existentibus: yte enunciabilitas que est forma enunciabilis. nam quedam sunt enunciabilia existentia: vt deum esse. et oīa vera. Et alia sunt non existentia: vt hominem esse animalium. et oīa falsa. Et in aliis non restringitur terminus communis ad existentia. sed restringitur tam ad existentia q; ad non existentia. Unde istius propositionis Rosa non est. non est sensus. rosa que est nō est. sed est sensus. Rosa aliter sumpta q; in presenti non est. Solet autem ponit q; quedam restrictio sit ab yslu: vt cum dicitur nihil est in arca q; quis plena sit aere. quia iste terminus nihil supponit ab yslu pro rebus solidis sive firmis. Et rex pro rege

patrie. et magister legit pro magistro proprio. Soleat etia^z posse quod quedam restrictio sit per transitionem verbi: ut cum dicitur Sortes pascit hominem. iste terminus homo supponit pro aliquo a sorte facte transitio verbi. quod dans et recipiens debent esse diuersa. Et ideo si aliquando sunt eadem hoc est per accidentem sicut hoc quod idem subiectum est virtusque sicut idem est dux et comes enim accidentis Unde dicunt quod non sequitur Sortes pascit seipsum et ipse est homo ergo pascit hominem quod est fallacia accidentis. quod hoc pronomen se non potest supponere pro diuersis a sorte sed homo bene potest

Finit tractatus undecimus

Sequitur duodecim de distributio

Intributio est multiplicatio termini communis per signum uniuersale facta: ut cum dicitur omnis homo. Iste terminus homo distribuit pro quolibet suo inferiori per hoc signum omnis. sicut ibi est multiplicatio. Dico autem termini communis quia terminus singularis non potest distribui. Unde iste sunt incongrue omnis sortes. quilibet plato. quia ibi est soloecismus. **S**ignorum uniuersalium alia sunt distributiva substantie: ut omnis nullus. Alia sunt distributiva accidentium: ut qualiscumque existat. Signum autem distributivum substantie distribuit res se habentes per modum eius quod est quid: ut omnis nullus. ut cum dicitur Omnis nigredo. omnis albedo. substantia autem communiter sumitur ad rescuiuslibet generis cum dicitur signum in distributum substantie. **S**ignum distributuum accidentis est quod distribuit res se habentes per modum accidentis: ut per modum qualis est qualiscumque existat. Item signorum distributiorum substantie alia sunt distributio partium subiectuarum: ut omnis nullus. Item signorum distributio per partium subiectuarum. alia sunt distributiva duorum: ut uter neuter. Alia sunt distributiva plurium: ut omnis nullus et similia. Horum autem signorum primo deinde est de signis distributis substantie. et inter hec primo de hoc signo omnis. **S**cindendum quod omnes in plurali numero dupliter sumuntur. Uno modo collective: ut omnes apostoli dei sunt duodecim. non sequitur ergo isti apostoli dei sunt duodecim de

s / hs

monstratis aliquibus de ipsis. Alio modo sumitur distribu-
tio: ut hic omnes homines naturaliter scire desiderant. Et
tunc queritur quid significet hoc signum omnis. et videtur quod
nihil significet. quia omnis res aut est universalis aut parti-
cularis. sed hoc signum omnis non significat rem universalē
vel particularem. ergo nullam rem significat. Item ad idem
omnis negat est predicabile de uno neque de pluribus. ergo nec
universalē nec particulare et sic nihil significat. Sed con-
tra: ab eo quod res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. er-
go si omnis nihil significat propter appositionem vel remotio-
nem eius non causabitur veritas vel falsitas in oratione. sed
hec est vera. animal est homo. ergo et ista. omne animale est ho-
mo: quod est falsum. ergo et prima scilicet quod omnis nihil signi-
ficiat. **Solutio.** Ad dubium dicitur quod omnis non signifi-
cat universalē quia facit terminum communem stare pro om-
nibus suis inferioribus: ut omnis homo currit. et sic omnis
significat aliquam rem. Sed duplex est res. quedam est subiecti-
bilis vel predicabilis: ut homo animal currit disputat. et sic
est verum quod omnis nihil significat. quia quelibet talis res aut
est universalis aut particularis. Alia est res que est dispositio
rei subiectibilis vel predicabilis. et talem rem significat hoc si-
gnum omnis. et tam ab ista re quam ab alia causatur veritas vel
falsitas in oratione. Obiectum autem quod omnis non significat
dispositionem rei subiectibilis. quia in syllogismo medium de-
bet reiterari cum suis dispositionibus in minori propositione.
ergo debemus syllogisare sic: Omnis homo est animal. for-
tores est omnis homo. ergo sortes est animal. **Solutio.** Sicut
pater duo dicit. scilicet illud quod est pater et pater in quantum pa-
ter. Similiter subiectum duo dicit. Primo scilicet illud quod est
subiectum et subiectum in quantum subiectum. Et secundum hoc du-
plex est dispositio subiecti. Nam quedam est dispositio illius
rei quod est subiectum: ut albus niger. et sic de aliis dispositio-
nibus accidentalibus. Et iste debet reiterari in propositione
ne cum medio. Alia est dispositio subiecti in quantum subiectus
videlicet in ordine ad pre dicatum: ut omnis nullus. et omnia
signa tam universalia quam particularia. Et talis dispositio non
debet reiterari cum medio in minori propositione. quia est re-
spectiva. Disponit enim subiectum in comparatione ad predi-

eatum: ut cum dicitur. omnis homo albus currat. Ita dispositio albus debet reiterari in minori propositione cum medio cum sit dispositio eius quod est subiectum. quia est absoluta. Ita autem dispositio omnis non debet reiterari quia est res spectiva subiecti ad predicatum. et ita est dispositio subiecti. in hoc subiectum est. Unde debemus dicere sic. Omnis homo albus currat. sortes est homo albus. ergo sortes currat. et non debet subsumi sortes est omnis homo albus.

Ebito quid significet hoc signum omnis. et cuius dispositionem significet. Consequenter queritur utrum omnis exigit tria appellata. Et videtur quod sic. quia omnis perfectio est in tribus: ut patet primo celi. Sed omne et perfectum idem sunt: ut habetur ibidem. ergo est in tribus. et per consequens omnis vult habere tria appellata. Ad idem etiam dicit Aristoteles in eodem loco quod de duobus veris non dicimus omnes sed de tribus dicimus omnes. ergo omnis vult habere tria appellata. ¶ Sed contra in qualibet demonstratione sunt propositiones universalis. sed de sole et luna fiunt demonstrationes. ergo oportet dicere. omnis sol et omnis luna. sed non habet sol nisi unicum suppositum. ita et luna. ergo omnis non vult habere tria appellata. ¶ Ad idem omne priuatum lumine a terre obiectu deficit. Hec propositio est concessa. Sed omne priuatum lumine a terre obiectu non habet nisi unicum suppositum scilicet haec lunam singularem. ergo omnis non vult habere tria appellata. ¶ Ad idem. Hoc signum omnis significat quoniam universaliter. sed hoc quod dico quoniam universaliter est modus proprius universalis proprium autem diversificatur secundum diversitatem sui subiecti: ut si homo est diminutus. risibile est diminutum: ut si homo est mortuus et risibile est mortuum. Sed universaliter aliquando salvatur in pluribus: ut homo equus. Aliquando in uno tantum: ut sol et luna. ergo omnis quandoque vult habere tria appellata. et quandoque non. immo unum solum. ¶ Ad idem duplex est forma. quia quedam est forma materie: ut anima est forma corporis. Et ista forma est pars. et non predicitur de eo cuius est pars. Alia est forma que est predicabilis. et sic omnia superiora ut genera et species et differentie dicuntur forme inferiorum: ut homo equus. Et ininde idua huius forme

5/64

predicabiliis sunt materia eius. ergo forma cum in neutro di-
ctorum minorum sua excedit materiam nec excedit ab ea. nul-
lum vle excedit sua individua. nec exceditur ab eo. ergo cum
oīs dicat adequatōem vniuersaliū cū suis individuis: vt oīs
homo. tunc oportet q; sol non habeat nisi vnicum suppositum
vt vere dicatur oīs sol. quod concedimus dicendo predictas
propositōes esse veras. et q; oīs nō exigit semp tria appellata.
sed quādo adiungitur termio cōmuni habenti plura supposi-
ta tūc exigit plura appellata. Quando vero adiungit termino
cōi habēti solū vnu suppositū tunc exigit tñ vnu appellatum
Ad illud qd pmo obiectebat q; oīs pfectio est in tribus. dici-
tur q; versi est. Et hec tria sunt substātia rei v̄tus eius et opatō
eius. Et hec tria tangit Aristoteles sub brevib; verbis cū di-
cit. Natura apta nata sic facit. Per hoc em quod dī natura tā-
git substantiam rei. et q; hoc qd dicit apta tāgit v̄tus eius. Et p
hoc qd dicit sic facit. tāgit opatōem debitam eius. Silt hoc sli-
gnum oīs habet substantiam signi vniuersal. s et v̄tutem que
est distribuere. et opatōem eius qñ actualiter distribuit et in
his trib; est pfectio eius. **A**d scdm dōm est q; hō et homies
differūt. q; homo dicit istā spēm fīm se que est p̄dicabilis. H
homines in plurali numero nō dicit spēm fīm se que est p̄dica-
bilis. sed multiplicatā actu fīm materiam individuorū numero
diuersam. Vn oīs in plurali rōne multitudinis facie facit distri-
butōem p̄ diuersas materias et vult habere tria appellata. H
oīs in singulari numero ex quo respicit spēm scdm se et nō h̄z
materiam individuorū. exigit eēntiam aptam natam p̄dicari de
plurib;. siue actu p̄ticipēt a plurib; siue ab uno. Et ideo exigit
tria appellata aut vnu solū fīm naturaz v̄tem cui adiungitur.
Quidā tamē dicit q; oīs vult habere tria appellata ad min⁹ et
dant talē rōem. Quotienscūq; signū vle addit termino cōi non
habēti sufficientiā appellatorū recurrat ad non ens: vt cum dī.
oīs fenix est. q; li fenit nō h̄z nisi vnicū suppositū. ideo recurrat
ad nō exētes fenices. Et iō cā dī. oīs fenix ē. sensus est vnis fe-
nix q; est est. et duo fenices q; nō sunt sunt. et iō dicunt has duas
propōnes esse falsas. qdām fenix nō est. et oīs fenix est. et nō esse
cōtradicōrias. q; in negatiua supponit fenix q; est. et in affirma-
tiua supponit fenices q; nō sunt. sic nō ē idē subiectū in vtra
q;. Hoc aut̄ p̄t multipli improbari. q; hec inconuenientia

sequitur ex falso quod supponit. qd supponit q ois vultha
beretria appellata qd supius ostium est esse falso. pterea
vult Aristo. qd ppositio in qua subiectis vle vniuersal sumptu
alicui pdcato tradicat illi pponi negatione in q subiectis vle no
viter sumptu eidem pdcato. Ieo iste sunt tales. ois fenix est qui
da fenix no est. ergo sunt tradicō: ie. qd tñ ipsi negat. ergo re
gula eorū est falsa. **I**te ad idem alia regula talis est. Termin⁹
cois suppones vel appones vbo pntis tēpis simpl⁹ sumpto
no habenti vim ampliandi nec ex se nec ex alio restrigit. p his
que sunt sub forma termi supponētis. ergo cū d. ois fenix li
fenix restrigitur p fenice tm qui est. et cū ipsius non sit nisi vni
cum suppositu. ergo cū d. ois fenix li fenix restrigit ad sup
ponendū. p fenice tm ē. ergo p illā regulā p̄us datā. si signū
vle adiuvat ei no distribuit ipm. nisi p vnicō supposito. ergo
regula eorū est falsa. et supra falso fundat quod cōcedimus
Scom p̄dicta qritur de hoc sophismate. Qis homo est. et
quodlibet differēs ab illo est no hō. Probatio. hec est copula
tua cuius ritraqz ps est vera. ergo ipsa est vera. Improbatio.
Qis hō est. et qdlibet differēs ab illo est no hō: ut sortes ē hō.
et qdlibet differēs a sorte est no hō. qd est falso. qd hec ē vna
copulativa cuius altera pars est falsa. ergo ipsa tota est falsa.
Solutio p̄ma est simpl⁹ vera. et improbatio peccat penes
fallaciā p sequētis. qd differēs ab oī hōie in minus ē qd diffe
renza sorte. qd differēs ab om̄i hōie supponit solū p alijs re
bus ab hōis. Sed differēs a sorte supponit p eisdē etiā pro
alijs hōib⁹ a sorte. Un bñ seq̄tur. differēs ab om̄i hōine. ergo
differēs a sorte. et est locus a pte subiectiva ad suū totū. Sed
si huic orōni differēs ab om̄i hōie apponat signū erit p̄cessus
ab inferiori ad superius cum distributōne. et sic incidit fallacia
cōsequētis in improbatōem km vnu p̄cessum qd duplex ē p
cessus in imp̄obatōe qd bñ seq̄tur. ois homo est ergo sortes
est. Locus a toto in cōstatate. sed non seq̄tur. hoc ē differēs ab
om̄i hōie. ergo differēs a sorte. **S**z est fallacia consequētis si
cū hic. Qis hō est. ergo ois aīal est. **I**te qrit de hoc sophis
mate. Qis hō et aliushō sunt. Probatio. Sortes et aliushō
sunt Plato et aliushō sunt. et chs. ergo ois hō et aliushō sunt
Improbatio. li aliushō est relatiu⁹ diversitatis substātie. ergo
supponit p diuerso ab hōie. sed no est aliushō ab om̄i hōie

ergo prima est falsa. Solutio prima est simpliciter falsa. Et probatio peccat \hat{F} m fallaciā figure dōcōnis a pluribus determinatis suppositionibus ad vñā determinatam. qz iste terminus hō habet determinatā suppōeui in pmissis τ in cōclusionē Itēz probatio peccat \hat{F} m fallaciām accītis. qz licet sortes τ plato et sic de alijs inferant oēm hoīem \hat{F} m se. nō tñ sub hac copulatiōne. Qis homo τ aliushomo sunt. Sicut cognosco choruscū \hat{F} m se. nō tñ sub hoc accidēte. qd est venire Vñ talis dat regula. Quotienscūq; aliquid sequitur siue cōuersim siuenō. Si alij ad cōueiat vni qd nō cōueiat alteri. τ per illud cui cōuenit inferatur de eo cui nō conuenit semper est fallacia accītis: vt hō ē ergo substantia est. τ spēs conuenit homi τ nō substantie. ideo si per hoīem inferatur spēs de substantia est fallacia accītis: vt hō est spēs ergo substantia est spēs. Sicut hic. Risibile est p̄ prium. ergo homo est p̄ prius. Item queritur de isto sophisma te. Qis homo est oīs homo. Probatio. Sortes est sortes. Plato est plato τ cījs. ergo omnis homo est oīs homo. Et vt vult Boetius. Nulla p̄positio est verior illa in qua predicatur idē de seipso. sed sic est hic. qz oīs homo predicatur de omni homine ergo nulla est verior ipsa. Improbatio. sua cōtradicōria est vera sc̄ quidam homo non est oīs homo. ergo ipsa est falsa. Itēz ad idem. Qis homo est oīs homo. Sortes est homo. ergo sortes est oīs homo. Syllogismus est in dāri. cōclusio est falsa. ergo aliqua pmissarum nō mīor ergo maior qd est sophisma. Solutio p̄ma est simili falsa. τ probatio peccat \hat{F} m cōseq̄ns ab insufficienti enumeratiōe singularium. qz cum illis quas assumit debet assumere has a parte subiecti. Sortes est oīs homo. Plato est oīs homo. Et etiam istas a parte predicati. oīs homo est sortes. oīs homo est plato τ sic de alijs. quas dimittit. τ sic peccat \hat{F} m consequens ab insufficienti enumeratiōne singularium. ad aliud dī qz ibi non predicatur idem de se ipso. sed predicatur oīs homo de homine sumpto pro qualibet sua parte. Sequitur de hoc signo nullus. quod significat vniuersaliter negative. Unde significat idem sicut hoc signum omniscum negatione postposita. τ ideo omnis non τ nullus equipollent. De hoc signo nullus talis datur regula. Quantis cūcū hoc signum nullus adiungitur immediate termi τ no communi. confundit ipsum mobiliter distributum τ simi-

liter tertiarum adiunctum sibi mediate: ut nullus homo est
asinus. Unde potest fieri descensus sub subiecto sic ergo sor-
tes non est asinus et plato non est asinus et sic de alijs. et etiam
sub predicato. Scdm pdicta queritur de hoc sophismate.
Nullus homo est omnis homo. Probatur sic. Sortes non
est omnis homo. Plato non est omnis homo et sic de alijs. ergo
go pma est vera. Vnde sic. Sua contradictoria est falsa scz qui
dam homo est omnis homo. ergo pma est vera. Contra. ibi p-
dicatur opositum de oposito. ergo ppositio est falsa. Solu-
tio pma est vera. Et ad improbatorem respondetur per inter-
emptorem. qz non predicatur ibi opositum de oposito. sed re-
mouetur ois homo ab homine sumpto pro quolibet suo suppo-
sito. et hoc est verum. Sequitur de hoc signo nihil quod sig-
nificat idem qd nullus sed includit in se terminum recipiente
suam distributorem. qz nihil est signum vle cum negatione et ter-
minus recipiens distributorem eius. Scdm hoc queritur
de isto sophismate. Nihil videns est aliqd videns. Probatur
sic. Nam hanc rem videns est aliqd videns. qz non videns
Sortem: est videns Platonem. et non aliam rem videns est
aliqd videns. et cts. ergo nihil videns est aliqd videns. ergo
prima est vera. Contra. Ibi predicatur opositum de oposi-
to ergo locutio est falsa. Quidam distinguunt. Nihil videns
est aliqd videns. eo qz hec dcō nihil potest esse accī casus. Et ē
sensus. Nullam rem videns est aliqd videns. Vnde potest esse
nū casus. Et est sensus. Nulla res videns est aliqd vidēs. Et
km hoc ponunt amphibologiam ex parte casus. sed hoc non
soluit. qz in vtroqz sensu est falsa. Sed alij distinguunt hanc
iterum nihil videns. eo qz negatio in hoc termio nihil potest
negare participium pmo posicium. Et est sensus. Nullā rem
videns est aliqd videus. et sic est diuisa. Vnde potest negare hoc
verbum est. et tunc est sensus. Quamlibet rem videns non est
aliqd videns. et sic est composita. Sed hoc non soluit. qz in v-
troqz sensu est falsa cum opposita ponantur circa idem Solu-
tio. Dicendum est qz prima simplē est falsa. et probatio peccat
penes fallaciā figure dcōnis a pluribus determinatis ad v/
nam determinatam huius termini videns. qz in premissis ha-
bet suppositorem determinatam et in conclusione similiiter. Vnde
peccat scdm fallaciā accidentis. Nam qz videre com-

municatur omnibus fūm se. nō tamē scđm hoc q̄ rniu... c̄ in hoc
toto. Nihil vidēs. Unū totū accidit pti. et esse vidēs aliquā assi-
gnat vtrig inēc. Sc̄iendū q̄ oēs pmissae sunt duplices. q̄a
negatio p̄ determinare verbū r̄l p̄cipiū: vt dēm est p̄us Unū
antiqu posuerūt pmissas esse duplices. ppter talē regulā quam
dabat. Quotienscūq̄ negatio et distributio includunt in uno
termīnū cū distributio posita in obliquo nō possit in orde atti-
gere p̄bum. ita neq̄ negatio. Itē idem est iudicium de istis so-
phismatibus. Nullū caput habens est aliquid caput habēs.
A nullo homine differens est ab aliquo homine differens.
Sed hū de signis distributiūs duo: nū: vt sunt neuter vter
q̄. Et differunt a p̄dictis. q̄: oīs nullus et similia distribuiunt
pro omnibz indiuiduis termī cōis. sed vterq; et neuter solū di-
stribuūt p̄ duobz p̄ demonstratiōem: vt vterq; istoz. Scđm
dicta q̄ritur de hoc sophisme. Ab vtrōq; istoz enunciatus
est vez. posito q̄ sortes dicat dēm esse. Plato v̄o dicat hoīez ēē
aīal. et ambo dicant hoīem simul esse asinū. Et ipsi duo demō-
strent p̄ phonē istoz. Probatio. A sorte enunciatus est verū. a
Platone enunciatus est verū. ergo ab vtrōq; istoz enunciatum
est verū. Contra. Ab vtrōq; istoz enunciatum est verū. sed
nihil enunciatus est ab vtrōq; istorum nisi homiem esse asinū.
ergo hoīem esse asinū est verum. Solutio p̄ma est vera. et p̄
batio peccat fūm fallaciā accidentis. sicut habetur ab Aristote-
le. Hec p̄positio ponit esse vera. Qūm cōtrarioz eadem est disci-
plina. et nū nulla p̄ticularis disciplina est oīm cōtrarioz. sed
disciplina cōiter sumpta. Unū hic est fallacia accūtis. Qūm cō-
trarioz eadem est disciplina. sed nulla est disciplina nisi hec v̄t
illa et sic de alijs. ergo oīm cōtrarioz hec eadē est disciplia vel
ista qđ est falsum. Similiter hic. Homo est sp̄es. sed nullus ē
homo nisi sortes vel plato et cījs. ergo sortes est sp̄es vel plato
et cījs. Et ita est de fallacia accūtis in p̄posito q̄. hec dō enun-
ciatum et hec dō vez tenetur p̄ ipso in cōi. et sic ab vtrōq; isto-
rum enunciatum est verū. Unū enunciatus nō tenet pro particu-
lari enunciato ab vtrōq;. Unū particolare enunciatus ab vtrō
q̄ accidit enunciato in cōi sicut p̄ticularē inferius accidit sub
superiori. Et verū assignatur vtrig inesse. Et appellat supīus h̄
Qūme qđ est maius siue sit essentiale siue accidentiale. Quidā tñ
dicūt q̄ p̄ma est simplē falsa. et dicūt q̄ enunciatus accipit pro.

particulari enunciato ab utroq. similiter verum pro particuli
lari vero. Et fallacia peccat si fallaciam figure dictionis a
pluribus determinatis ad unam determinatam huius termi
ni enunciatum et huius termini verum. sed prima solutio me
lior est et subtilior. Sequitur de hoc signo neuter quod sig
nificat idem qd uterque cum negatione sibi posita. Unde sicut
nullus de se habet distributionem et negationem. similiter et
neuter. sed neuter est distributionem duorum tm. Un queritur de
hoc sophismate. Neutrū oculū habēdo tu potes videre. Pro
batio dextræ oculū nō habēdo tu potes videre. sinistre oculum
nō habēdo tu potes videre ergo pma est vera. Contra Neu
trū oculū habēdo tu potes videre ergo si neutræ oculū habes.
videtur neutrū oculū habes tu potes videre quod est falsum
cōsequentia patet. qz gerūdia in dō habent resoluti p dūm. p si.
per quia. sed utroq modo est falsa. et probatio peccat si falla
ciam accidentis. qz posse videre cōuenit p tibus fīm se scz pyc
sunt diuersæ. sed non cōuenit eis prout sunt vniue in suo toto.
Unde hoc patet p primā regulā cū ad ptes sequatur totiz. vt
potestas videndi cōuenit pibus et nō totū. ideo si partes inse
rantur de toto. ibi est fallacia accidentis.

Abuso de signis distributionis prium subjectuarū con
sequēter queritur. utrū negatio habeat vim distribuēdi
vel cōfundendi. et videt qz sic. qz Aristotiles in pmo peribet/
menias dicit et ille cōtradicunt. homo est iustus. hō non estiu
stus. ergo altera est vniuersalis cū subiectiatur terminus cōis
sed non nisi hic. Non homo est iustus. ergo terminus homo
distribuitur. Sed non est ibi aliquid a quo distribuitur nisi
negatio. ergo distribuitur a negatione. Cōtra. Negatio ha
bet vim confundendi. ergo sicut ista est incōgrua. omnis sortes
currunt. Similiter hec. non sortes currunt quod est falsum. qz qz
uis signū distributionis non possit addi termino singulari. ta
men negatio bene potest addi. Itē vbi cūq est distributō ibi
est terminus cōmuni sumptus vniuersaliter. ergo oportet qz
ibi si dicitur significans qm vniuersaliter. sed signū vniuersale
significat qm tantum vniuersaliter. negatio vero nō. ergo nō
habet vim distribuēdi. qz cōcedimus dicētes. qz negatio non
cōfundit sed negat hoc qd post se inuenit. Un cū adiungit ter
mino cōi negati p m. Sed ad negationem supioris seq̄turne/

gatio cuiuslibet inferioris eo q̄ destructo superiori destruit qd/
libete eius inferius. ergo negatio nō confundit sed negat quod
post se inuenit siue sit vniuersale siue particulare. **S**olu-
tio aut̄ patet ad hoc quod ob̄icitur quia hec est vniuersal.
Non homo non est iustus. hoc non est ppter naturaz distribu-
tionis existentis in negatione. sed hoc est quia negatur homo
in cōmuni. quo remoto remouetur quodlibet eius inferius.
Itez solet pon̄i quedam distributio aptitudinis: vt omnis
homo timeret in mari. id ē aptus natus est timere in mari. **I**te
solet pon̄i distributio accommodata: vt celum tegit omnia pre-
ter seipsum. et deus creauit omnia a se. Sed ista duo genera di-
stributionis non sunt ita propria sicut alia

De hoc signo totus

Equitur de hoc signo totus qd est distributiuū p̄tium
integralium: vt totus sortes est albus. Est em̄ sensus. sor-
tes fm̄ quālibet sui p̄tem est albus. Unū ad istam. totus sortes
est albus immediate sequitur ista. Sortes fm̄ quālibet sui
partem est albus. ad quā sequitur. quelibet ps sortis est alba.
Dibatio in hac. totus sortes est albus. Sortes subiectae
albedini fm̄ se. et p̄tes eius nō fm̄ se. sed prout sunt in suo toto.
sive sub forma totius. ergo non subiectae albedini nisi per to-
tum. Et sic p̄ prius sequitur hec. Sortes fm̄ quālibet sui p̄tem
est albus. et postea illa quelibet pars sortis est alba. **I**tem in
hac p̄positione. Totus sortes est albus. ibi totum subiectis als
bedini in rectitudine. pars autē in obliquitate. quia in eo qd
est totum partes intelliguntur in obliquis. et in eo quod ē ps
totum sumitur oblique. quod pater per divisionem eius qd
est totum: vt domus est ex parte tecto et fundamento. Et sor-
tes est ex partibus. ergo illud qd est totum dat intelligere p̄
tes obliquas. ergo ad hanc sortes est albus. immediate se
quitur hec. sortes fm̄ quālibet sui p̄tem est albus. Et imme-
diatē sequitur ista. quelibet ps sortis est alba. **I**tem ad aliud
quod est pars nō habet esse nisi ab eo qd est totū. qd nō habet
perfectionē nisi ab eo. ergo nō subiectae alicui nisi p̄ totum. er-
go totum p̄tus subiectae. ergo ad hanc. Totus sortes est albus.
immediate sequitur ista. Sortes fm̄ quālibet p̄tem sui est al-
bus. et immediatē quelibet pars sortis est alba. **S**ed impre-
dicta queritur de hoc sophismate. Totus sortes est minor sor-

te. Probatio, quelibet pars sortis est minor sorte. et sortes sunt
quilibet sui ptem est minor sorte. ergo totus sortes est minor sorte.
Contra. Totus sortes est minor sorte. ergo sortes est mi-
nor sorte. Solntio hec est vera. Totus sortes est minor sorte.
Et probatio peccat f'm accidens. quia in ista totus sortes est
minor sorte. predicatus attribuitur partibus quibus vere co-
nvenit. sorti autem non conuenit. Et ideo hec est simpliciter falsa. sor-
tes est minor sorte. Et ideo si partes inferant esse minorem sor-
te de toto. vel de sorte erit fallacia accidentis per vnam regulam
supradictam. Unde totus est res subiecta. et sortes accidit ei.
et esse minorem sorte assignatur utriusque inesse. Etiam improba-
tio peccat f'm quid ad simpliciter. quia ista totus sortes est mi-
nor sorte. Non ponit sortem f'm se. sed f'm suas partes. Et iō
ponit sortem f'm quid esse minorem sorte. Ita cum simpliciter
inferatur. ergo sortes est minor sorte. peccat f'm quid ad sim-
pliciter sicut sortes f'm pedem est minor sorte. Item in quibus
busdā sequitur totus sortes g'sortes: ut totus sortes est albus. ergo
sortes est albus. et in quibusdam non. Queritur in quibus
sequitur et in quibus non. Dicendum quod sunt quedam acci-
dencia que indifferenter conueniunt partem et totum: ut sunt albus
niger. calidum frigidum. augeri minui. Et in talibus bene se-
quitur Totus sortes. ergo sortes. Alia sunt accidentia que co-
nueniunt partibus et non toti. vel conueniunt totum non partibus: ut
totalitas minoritas parvitas. Et in talibus non sequitur totus
sortes. ergo sortes.

De signis distributiis qualitatibus

Equivale signis distributiis accidentibus. inter que-
rum primum dicendum est de signis distributiis qualitatibus.
Est autem signum distributiuum qualitatis quod distribu-
it res se habentes per modum qualitatis: ut qualelibet cuius
particulare est aliqualibet. Sed tunc obiectetur quod si accidens
multiplicetur in multiplicato subiecto. ergo cum signa distribu-
tiua substantie distribuantur sive multiplicentur subiectu. oportet
quod distribuantur sive multiplicentur ipsum accidens. ergo signa
distributiua accidentium superfluunt. Ad hoc dicendum
quod duplex est multiplicatio accidentis. quod quedam est multipli-
cationis accidentis f'm numerum. et hec sit per signum distribu-
tiu'm substantie: ut omnis homo albo currit. Alio est multiplicatio

Em speciem. z hec sit p signa distributiva accidentium. vt quale
libet currat. id est res habens qualitem quæ qualitateem currit.
Curta dicta queritur de hoc sophismate. quodlibet qualeli
bet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. Posito q
Sortes sciat grammatical logicā & rhetorica. Et Plato & Lice
ro similiter. & sciant se habere eas. Et sint alij tres hoies quo
vus sciat grammatical. alius logicam. alius rhetorica. Et si sciat de ser de
istis. & non sunt plures homines neq; plures qualitates pro
batio. Hoc qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale
ipsum est. Et sic de secundo & tercio. non sunt plura quale
libet. ergo quodlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsum es
se tale quale ipsum est. **C**ontra. Quodlibet qualelibet &c.
ergo quodlibet grammaticum de quolibet tali scit ipsum esse ta
le quale ipsum est. **S**olutio. prima est vera. & improbatio
peccat eum fallaciā consequentis ab inferiori ad superioris
cum distributione superioris. qd qualelibet supponit p tribu
scz pro tribus pmis. Sed grammaticus supponit pro eisdem &
etiam pro aliquo qui habet grammaticam tantum. & ita gram
maticum est in plus qd qualelibet. Unde si apponatur signuz
vniuersale distributivum sic. quodlibet & qualelibet & est. er
go quodlibet grammaticum. vt hic omnis homo. ergo omne a
nimale. Similiter in ultimo de quolibet qualelibet grammatico. cum dicit quolibet tali.

De signis distributiviis quantitatis.

Equitur de signis distributiviis quantitatis. Et sunt
illa que distribuunt res se habentes per modum quan
titatis: vt quotienscungs quantumcumq. **E**t secundū hoc
queritur de hoc sophismate. Quotienscungs fuisti parisius.
totiens fuisti homo. **P**robatio. Una vice fuisti parisius et
illa vice fuisti homo. alia vice fuisti parisius. et illa vice fuisti
homo. & sic de alijs. ergo quotienscungs fuisti parisius. totiens
fuisti homo. **I**mprobatio. Quotienscungs fuisti parisius toti
ens fuisti homo. sed bis fuisti parisius. ergo bis fuisti homo.
quod est falsum. quia hec dictio bis importat interruptiones
eius cui adiungitur. sed actus essendi hominem non fuit inter
ruptus in te. **S**olutio prima est falsa. Ad probationem aut
respondendum est per interemptionem. quia secunda pars co

pulatine est falsa. scz Illa bina vice fuit homo. quia adhuc
 nulla vice fuit homo. eo qd nondum fuit vita terminata: vt
 iterum inciperes vivere. et postea terminaretur quod tamē re
 quiritur ad hoc qd bis fuisse homo sicut bis icipitur cursus
 et bis terminatur ad hoc qd aliquis bis currat. Et nota qd
 bis non importat interruptionē temporis. sed tantū actus illi
 us cui adiungitur. Ad terminum autē non sequitur interrup^s
 tio. Si autē formaretur sic palogismus. Quandocumq; fuit
 parvus fuit homo. sed bis fuit parvus. ergo bis fuit ho
 mo. Prima est vera. Improbatio peccat fm fallaciam figure
 dictionis ex mutatione predicamenti. quia quandocumq; est
 in predicamento quando et bis in predicamento quantitatis
 quia est de genere quantitatis discrete. Sequitur de infinito
 qd qnq; modis dicitur. Primo modo dicitur infinitū qd
 non potest pertransiri: vt vox dicitur inuisibilis quantum ad
 visum. eo qd non est apta nata videri. Alio modo dicitur infinitū
 qd habet transītū imperfectum eo qd nondū est termi
 natum. tamen apertum natū est termini: vt dum aliq; transit
 spaciū et nondum peruenit ad suū finem. Tercio modo dici
 tur infinitū fm appositionem: vt numerus augmentabilis
 est in infinitū appositione vnitatis vel alterius numeri. Quar
 to modo d: infinitū fm divisionem: vt continuum. omne at
 continuum divisibile est in infinitū. Unde sic definit ab Ari
 stotele quarto physicorū. Continuum est divisibile in semper
 divisibilia. Quinto modo d: infinitū ytroq; modo scz per
 appositionem et divisionem: vt tempus. Cum em tempus sit
 continuum est divisibile in infinitū in divisione. et cum post
 unum tempus restat tempus. sic per appositiōem unius epis
 ad aliud est infinitum. Et quo ad has tres ultias significatio
 nes sic definitur. Infinitum est cuius quantitatē accipienti
 bus semper est ad aliquid extra sumere: vt si post ultimā par
 tem linea accipiatur alia. et post alteram tercia. et nunq; possit
 attingi terminus eius. ideo linea d: infinita. Solet autem
 poni qd infinitum quandocum sumitur pro termino communi. et
 tunc ista positio infinita sunt finita equivalet huic aliqua in
 finita sunt finita. Quandoq; infinitum sumitur pro signo di
 stributivo et tunc illa equipoller huic quo ad distributionem
 quolibet plura sunt finita. Et probatur sic. uno plura sunt fini

5/15

ta. Duobus plura sunt finita et sic de alijs. ergo qualibet plura sunt finita. Et sic de facere intercalarem distributorem vel incorruptam vel discontinuam. quod hec deinde plura in prima positioe supponit per duobus. et deinceps in secunda per tribus. Et sic gradatim scalariter ascendendo. et sic ista ordo quolibet plura facit distributionem intercalarem. quod pro alijs supponit hoc quod dico quolibet. et pro alijs hoc quod dico plura secundum numerum ascendendo: ut deinde est. Circa predicta queritur de hoc sophisma te. Infinita sunt finita. Probatio. duo sunt finita et tria sunt finita. et sic in infinitum. ergo infinita sunt finita. Improbatio. quod ibi predicatur oppositum de opposito. ergo locutio est impossibilis. Potest etiam probari sic. Quolibet plura sunt finita. ergo infinita sunt finita. Solutio. Quidam distinguunt eo quod infinitum est equiuocum quo ad nos et ad infinitum similem. Unde si sumatur infinitum simpliciter est simpliciter falsa et predicatur oppositum de opposito. Alij autem distinguunt quod infinitum potest esse terminus cois. et sic prima est falsa. Unde potest esse dictio syncategorematica importans in se distributionem (sicut deinde est) et sic ponunt eam esse vera. Sed neutra istarum solutionum valet. quod si remoueat utramque distinctionem et sumatur infinitum similem et secundum quod est terminus communis adhuc remanet probatio et improbatio huius sophismatis. Unde deinde est quod prima similem est falsa. et probatio peccat secundum quid ad similem. quod infinitum appositione est infinitum quodammodo et non similem. Unde cum accipit pater numeri secundum appositorem. duo tria non accipit infinitum similem. sed quodammodo secundum quodammodo. Et ideo non potest ex his inferri infinitum simpliciter.
Et hec de distributoreibus dicta sufficiant.

¶ Finiunt summule Petri hispani bene commendata et magno cum labore correcte. Impresso Dauentrie per me Jacobum de Breda. Anno incarnationis domini. M. L. L. L. xxviii. mensis Januarii.

[4]

5/16



Hlla v. Uniuersitatis i te ueracium misericordia
gloria et laus eterna. **H**lla v. Benedic
noster et laudabilis in secula. **Tractus.**

Tludeate dominum omnes genites et colligadate eum
in mecum. **S**ecundum Johanneum.

Regi uictam uobis a pre spiritu ueri
predicit: ille testimonium prohibebit de me
cum prohibebitis: quia ab intimo mecum es
uobis ut non scandalizemini: absque syn-

Sco uenit hora: ut ois q. interficit uo
quim se probare do. Et huc finient uobis
ulerunt patrem neq; me. **Bz** huc loqui
cum uenerit hora cor remunstaminu: q.

Benedictus sit dominus pater uirginatus que
sanctus q. spiritus quis fecit nobiscum mi
stificata q. dominus p. tui scilicet nois inno

Bunt tui uirtute huius oblationis hosti

Brum sancto p. eam nos metipos tibi p. fu

Benedicte domine celo et terram omnibus uiuent

Bis nobiscum misericordiam suam. **p. s.**

Broficiat nobis ad salutem corporis

Bsacramenti preceptio: et sempiterna sit et

Binduicione uincans confessio per

B corporis christi ueniens in te.

aperte domini quod et coram uobis: qui
a nocte tradebatur. accepit panem et gressus
erit. Hoc est corpus meum quod pro uobis tra-
mem comemoracione. Similiter et calice
uicis. Hic calix noui testamenti est: in meo
quotientia pibetis: in mea comemora-
tione cum manducabitis panem hunc et calicem
in amicis tunc ueniat. Itaque quicquid
uerum bibet calice indeinde: reus est cor-
domini. Probet autem scriptum hoc: et sic de
te calice bibat. Qui enim manducat et
dicatu sibi manducat et bibit. non dividili-
um. **Hymnus.** ...

Sperent domine et tu das illis escam in tempore oportuno
imi tuam et imples omne animal benedictione
vere est cibus et sanguis meus uere est potus qui
et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo
huius discipulis suis. **Hymnus.** **Jobahiem.**
Caro mea uere est cibus: et sanguis
me manet et ego in eo. Sicut misit
ego uiuo aperte prem. Et qui mandu-
cat propter me. Hic est panis: qui de celo
manducauerit prius uiri manu in desto:
I manducet hunc panem uiuit eternum. **Credo**
in dominum et patrem offerunt deo et iohannes **Offertorium.**

mut ylaac: ylaac autē grātū iacob
genit iudam & frēs eius: iudas autē
res et zaram de thamar: pharos ex iudea
elrom autē genuit aram: abraham autē g
nab: aminadab autē genuit nāson
autē genuit salmō: salomon autē genuit
raab: booz autē genuit obeth ex ruth
genuit iesse: jesse autē genuit dauid reg
autē genuit salomonē ex ea que fuit
lomon autē genuit roboam: roboam
abiam: ibia autē genuit assa: assa
iosophat: iosophat autē genuit ioram
genuit oziam: ozias autē genuit ioa
tham autē genuit achaz: achaz autē gen
tām: ezechias autē genuit manasse: o
genē amon: amon autē genuit iohiam:
genē ihetonīa & frēs eius: in transmigra
bilonis: p̄t post transmigrationē babiloni
as genuit salathiel: salathiel autē ge
norobabel autē genē abuod: abuid autē ge
elachim autē genē azor: azor autē genē sa
autē genē achim: achim autē genē eiud: e
elazar: elazar autē genē mathan: math
iacob: iacob autē genē ioseph: ioseph marie
natus est ihesus: qui uerū marie
P̄e maria grā plena dñs tecū

108-1

Sicut dominum tuum
in intercessione aliquid impo-
nere gratiam per nos est.

Recognoscere te in nobis
et secundum te in nobis.

Beauteas tuas populi semina-
vit.

Festus niger Gaius et
Gaius et filius sacerdos q-
uit quae sacerdotis m-

ui sapientia

sectorum tuorum ei gaudet
quis tu es domini dei:

tu es illas mare rubris. Et
tu es illas, qui sunt illas videntur

tu eris Cibus gloriatus
et sustentans firmam ratione facies

tu eris latronum criminibus der-
ris

tu es

GOETHEINWEILERHORN
HEINRICH LEBESEN
LEIBLICHTER
DIEZENHORN



BUCHHOLZWERKSTADT
HEFT 12. 1940. 1941.
REPRINTATION
00110000000000000000



UNIVERSITÄTS- UND
LANDESBIBLIOTHEK DÜSSELDORF



BUCHDRUCKERWERTHAU
HEINRICH PELSEN
REINHOLD
DÜSSELDORF

Rest. Aug. 1964.



1720



